predicte. Audiat igitur virgines Christi quod
sint vere fructus divini: audiat
vocem admonitoris ubi vel quomodo
fructificet: ~~quomodo~~ quibus lau
dibus fructificata conservetur. Tunc
enim recte divini fructus sunt si in lau
de Christi succrescunt dimunerit quod acce
perit. Quid enim habes quod non
accepisti. Theo. Cum omnes anime pro
fectus non immerito divini fructus
possint intelligi miror [illegible] cur solis
virginibus fructum istum sic ascrip
seris ut ordines licet magni me
riti de hoc exclusisse videaris.
Pluribus enim aufertur quod singula
riter uni conceditur. Neque vero fruc
tum spiritus quem districte ponit apos
tolus qui est caritas gaudium pax
longanimitas divinum esse fruc
tum negabis: quem paulus non spe
cialiter ad virgines solas referen
dum sed generaliter ad omnes in
fide que per dilectionem operatur proficien
entes complexus est; et in alio
loco: fructus inquit lucis est in
omni bonitate et iustitia et ve
ritate. Igitur omnis virtus ad fi
nem legis qui est Christus relata divi
nus esse fructus cognoscitur: per
quem homo cuiuscumque ordinis salvabi
tur si fructui bono perseverantia
suffragetur. Pe. Omnis quidem ut

anime perfectus iustitie fructus
esse probatur: sed tamen virginalis
vite gloria prerogativam quadam
de supradicto flore precipuis:
fructus divinos magis dixe
rim quia magis applicatur divini
tati: quod pre ceteris invigilat
castitati. Sic enim dominus non omnes
inquit capiunt verbum hoc sed
quibus datum est. Datum quidem
cunctis bonis in commune be
ne operari non datum est omnibus
florere vel fructificari vita
virginali. Concessum est filia mul
tis ut in fide ecclesiastice so
cietatis proficiant non datum est
nisi paucis ut virginitatis co
rona florescant. Attende prophetam
zachariam. Quid est inquit bo
num dei: nisi vinum germinans
virgines. Quid est hoc. Quomo
do vinum liquore suo quamquam
germinat cum radice flore
vel fronde penitus careat.
The. Non facile crediderim ser
monem divinum quamquam in ir
ritum terere. Cum omne quod verbis
et verbus ostendit super nixum sit
veritatis ratione. Nichil veri
us. Ipse igitur summe bonus et
pulchritudo iustitie ipse pa
nis confirmans cor hominis ipse

vinum letificans cor in se profici
entis: et germinans virgines.
Vere soror theodora sapor hu
ius vini virgines facit fructus
divini: quia respuit anima car
nale commercium que gustu
vini huius illecta speciali pu
ritate tendit ad vitam ange
lorum. Nulla enim virtus angelice
puritati aptatur [illegible] quomo
do splendor castitatis: quip
pe cum homo natura dissimilis
angelo virtutum conatu conse
quitur quod naturali condicio spi
ritibus superius ab eterno dedis
se probatur. Sciscitantibus enim perfi
dis phariseis de fratribus
uxorem unam habentibus cuinam
eorum ascribenda esset omni
um resurrectione: respondit
quoslibet dignos eterna re
muneratione equales ange
lis futuros: nec ullius car
nalis commercii lege stringen
dos. Unde apparet vitam vir
ginalem angelice vite testimo
nium et quoddam future resur
rectionis insigne. The. Vinum
igitur illud tam potens in germi
nandis virginibus de botro typi
co expressum non ambigo: qui
de terra repromissionis alla

tus: inter duos pependit in lig
no. Cuius tactus ex latere fusoque fon
te cum sanguine sacramenta de
dicavit ecclesie lavans in sangui
ne uve pallium suum, quia ligavit
ad vitem pullum suum pre ceterse
tis. Adverte nunc aperte quomo
vinum istud virgines germina
verit: quando vinum de aqua
factum discipulum pre ceteris ma
gis dilectum amovit a nup
tiis: quod vinum unice dilectionis
a pectore domini suxit: cum in ce
na calix novi testamenti dis
cipulis magno pietatis sacra
mento distribui cepit. The. Be
atius per omnia liquor qui dum ra
tionalem naturam infundit:
supra vis nature naturam
quam implet impellit. Verum
quod sequitur in cantico: in floribus
do videlicet invitatorio et quasi
rosa plantata super rivos aqua
rum fructificate: consequenter ob
secro prosequere: ut fructus iste
magis ex hoc pateat si radix
spiritualis in nobis ex huius misti
ca significatione convalescat. Pe.
Tuis precibus parentibus canticum
istud Christo favente resolvam hoc
solum super est ne te pigriorem in
studiis inceptis inveniam. In